

Congregation of the Regent House on 18 June 2014

A Congregation of the Regent House was held this day at 2.45 p.m. The Chancellor was present. Processions formed in the Schools Arcade at 2.25 p.m. and entered the Senate-House by the East Door.

Music was performed at the Congregation by the Concentus Brass Ensemble, Mr Joseph Davies of Trinity College, and members of the choirs of Trinity College, St Catharine's College, and Christ's College. The programme of music was arranged by the University Organist Stephen Cleobury, C.B.E., of King's College.

The following titular degrees were conferred:

Doctor of Law (honoris causa)

ALBIE SACHS

sometime Justice of the Constitutional Court of South Africa

Doctor of Science (honoris causa)

CATHERINE CESARSKY, FOR.MEM.R.S.

Haut Conseiller scientifique au Commissariat à l'énergie atomique et aux énergies alternatives, formerly Director General of the European Southern Observatory, sometime President of the International Astronomical Union

Doctor of Science (honoris causa)

YUSUF HAMIED, M.A., PH.D., HON. F.R.S.C.

Honorary Fellow of Christ's College, pharmaceutical chemist and philanthropist, Chair of Cipla Ltd

Doctor of Science (honoris causa)

DAN MCKENZIE, C.H., M.A., PH.D., F.R.S.

Fellow of King's College, Royal Society Professor of Earth Sciences Emeritus, geophysicist

Doctor of Science (honoris causa)

MARTIN, BARON REES OF LUDLOW, O.M., M.A., PH.D., F.R.S.

Astronomer Royal, Fellow and formerly Master of Trinity College, Honorary Fellow of King's College, of Jesus College, and of Darwin College, Professor of Cosmology and Astrophysics Emeritus, formerly President of the Royal Society, cosmologist and astrophysicist

Doctor of Letters (honoris causa)

IAN MCKELLEN, KT, C.H., C.B.E., B.A.

Honorary Fellow of St Catharine's College, actor

Doctor of Music (honoris causa)

MITSUKO UCHIDA, D.B.E.

Pianist

The Orator delivered the following speeches when presenting to The Chancellor the recipients of Honorary Degrees:

QVI agmen iam ducit, Magistri, ad resistendum iniuriis se natum esse dicit. parentibus ui-
 quiolentiaque profugis oriundus et ita educatus ut omnes homines summa obseruantia
 colat, quid mirum si duodeuicensimum annum nondum egressus seruitudinis iugum
 depellere, rem publicam in libertatem uindicare, gentes iniuria segregatas, crudelitate
 oppressas, illiberalitate uexas coniungere et reintegrare moliebatur? eis se adhibuit
 qui legibus iniquis cum contumacia obsistebant. apud eos fuit qui ciuitatem omnium
 incolarum patrimonium esse affirmauerunt. 'quod si rei publicae repugnaris,' inquit,
 'metuendum est ne a re publica petaris.' et petitus est: perduellionis accusatus, terror ac
 pestis rei publicae delatus, indicta causa in carcerem iniectus. nec tamen somno priuatus
 et solitudine cruciatus confutatus est; patria exterminatus in *Captiui commentariis* quae
 passus esset enarrauit. qui commodis publicis se consulere aiunt percussorem mittunt
 qui ignifero machinamento eum interficeret. bracchium abripiunt, oculum caecant,

uocem autem non adimunt. 'ulciscemur te, frater!' conclamant nescioqui temeriores. quibus ille, 'quousque saeuietis? an membra disicietis et oculos euellitis?' in scribendo ultionem humaniorem inuenit: quo enim atrocioribus rebus obuiam eundum, eo magis ius iudiciumque colendum obseruandum corroborandum. nil deterritus ad noua instituta paranda, ad nouas leges proponendas, ad rem publicam in aequiorem statum restituendam se contulit.

ius illud iniustum tandem extirpatum est. uicerunt sui. 'eo die omnia nouatum iri sensi,' inquit, 'cum primum uiridi iudicis toga indutus in summi iudici subsellis consedi.' iam ut purpuream ei Doctoris togam induimus una cum eo conclamemus 'uiuat libertas!'

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregium hunc uirum, quondam Africae Meridianae summi iudici iusticiarium,

ALBIE SACHS,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Iure.

OUR first honorand says that he was born into opposition. His parents had fled to South Africa from pogroms in Eastern Europe. He was raised to show respect for all people. What wonder is it, then, that he was not yet eighteen by the time he had joined the struggle against the oppression and injustice of apartheid? As a student he was a member of the Defiance of Unjust Laws Campaign. He was at Kliptown at the adoption of the Freedom Charter, declaring that South Africa belonged to all who live in it. 'When you join the struggle,' he says, 'you have the feeling that the State comes for you.' And it came. Accused of treason, declared an enemy of the State, he was detained without trial for 168 days. They deprived him of sleep and kept him in solitary confinement, but they could not silence him. Driven into exile, he recounted his experiences in his Jail Diary. So the South African Defence Forces sent an assassin with a bomb. They took his arm; they took an eye: they did not take his voice. 'We will avenge you, comrade!' someone assured him. 'Are you going to chop off an arm and blind people in retaliation?' he asked. 'What for?' Instead in writing he found the Soft Vengeance of a Freedom Fighter; for the more horrendous the acts one faces, he says, the more important it is to affirm the principles and the rule of law. Undeterred, he set himself to the construction of a new, fairer constitution for South Africa.

Eventually the apartheid regime was toppled. The ANC were triumphant. 'The day I truly realised that I was on the cusp of momentous change in my own life and in the life of my country was when I wore my green robes for the first time as a judge of the new Constitutional Court.' As he stands before us today in the scarlet robes of a Doctor of Law, let us join our voices with his and raise the cry, vivat libertas!¹

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

ALBIE SACHS,

sometime Justice of the Constitutional Court of South Africa,

that he may receive the title of the degree of Doctor of Law, honoris causa.

¹ 'Long live liberty!', inscribed by a former inmate upon the wall of the cell in the Caledon Square police station in which Albie Sachs was held in 1963.

‘**A**STRONOMIA non modo iucunda est cognitu, sed aperrime quoque utilis: negari non potest quin admirabilem Dei sapientiam explicet ars illa.’¹ ita Caluinus. licuerit aliis talium rerum peritis de sacris mysteriis disserere: adest nunc Caluini popularis quae obtutu fixo in caelo siderum annos aetatesque numerauit. pusilla ea corpuscula quae radiis uelocissimis summa ui διὰ τὸν κόσμον effunduntur apud Haruardianos scrutata quasi rimosa pyxide uix comprehensa nostrae galaxiae fines perraro effugere cognouit. postea apud Californienses una cum marito uaporem uel spiritum rarissimum per intermundia disseminatum percontata est. sed de his rebus quoque, Magistri, tacebo. nam cum commentariola eius euoluo arcanis notis repleta quae quamuis Graecarum litterarum sint similes oratorem mutum reddunt, tituli ad Academian praefixi recordor: ΑΓΕΩΜΕΤΡΗΤΟΣ ΜΗΔΕΙΣ ΕΙΣΙΤΩ.

nullam e terris ad astra mollem esse uiam admonuit Seneca. hospiti huic nostrae, cui fortuna summam inter astronomorum sedem destinarat, dum apud Argentinos puella educatur, magister quidam feminis Πολυτεχνεῖον Lutetianum clausum esse dixit. Lutetiam igitur uitandam esse respondit illa. itaque in Vniuersitate Fani Sanctae Trinitatis a uiris obsessa ad mathematicam se adhibuit. ‘rationis tantum studio trahebar,’ inquit. ‘nam si quis aliquid compertum habere uult ei manuum sollertia opus est: quare omnino careo ego.’ ain tu? nonne illud ad imprimendas **i**magines **s**tellarum **o**rganum **c**allidissimum **a**cutissimumque **m**achinata es, quae quantum per uastos inanesque spatii tractus tantum per aeuā sempiterna paene ad omnium genesin intueri potest?

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregiam hanc mulierem, Regiae Societatis hospitis iure sodalem, instituti Europaei sideribus meridianis speculandis quondam reatricem et postea omnium gentium astronomorum sodalitatibus praesidem, astrorum obseruatricem,

CATHERINE CESARSKY,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Scientiis.

¹ Calvin, *In Genesis* 1.16.

‘**A**STRONOMY is not only pleasant,’ wrote John Calvin, ‘but also very useful to know: it cannot be denied that this art unfolds the admirable wisdom of God.’ Let others who know about such things speak of the sacred mysteries. There stands before us one of Calvin’s countrymen, her eyes fixed on the heavens, who has counted the ages of the stars. At Harvard she studied cosmic rays, and saw that they were not quite confined within the boundaries of the galaxy, as if held in a leaky box. Later, at the California Institute of Technology, she and her husband studied that rarefied material which is scattered throughout the interstellar void. But on these things too your Orator must fall silent. For when I open her papers, swimming with strange sigils and arcane glyphs which are all Greek to me, I am put in mind of the notice above the door of Plato’s Academy: MATHEMATICIANS ONLY.

Seneca warned that there is no easy path to the stars. Fate may have destined our honorand for the Presidency of the International Astronomical Union, but while she was still at school in Argentina she was told that the École Polytechnique in Paris was closed to women. ‘Then I shall not go to Paris,’ she replied. And so she enrolled to read mathematics and physics in Buenos Aires—the only woman in her class to do so. ‘I was attracted by pure theory,’ she says. ‘I do not have the practical sense for experiments.’ Really? So says the woman who oversaw the construction of ISOCAM, a camera of such acuity that it can see not only across the vast oceans of space but even through the endless aeons of time, to the origins of the stars themselves.

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

CATHERINE CESARSKY, FOR.MEM.R.S.,

Haut Conseiller scientifique au Commissariat à l'énergie atomique et aux énergies alternatives, formerly Director General of the European Southern Observatory, sometime President of the International Astronomical Union,

that she may receive the title of the degree of Doctor of Science, honoris causa.

DE binis hominum pestibus mihi dicendum est, quorum altera pauperrimos potissimum cruciat, altera diuitum animos ita detorquet ut lucrum atque quaestum uitae eorum praeponant quibus maxime subuenire debent. pestilentia illa ex ignotis tractibus exorta et aegrorum sanguine ceterisque corporis humoribus uecta apud Afros ab alio in alium tanta celeritate uulgata est quanta campestribus in locis herbae uel solis tostae auido igni cremantur. omnis generis et aetatis homines petit; ne in uentre quidem matris nondum natis est suffugium. quos attingit ita debilitat ut nulli alio contagio repugnare possint sed etiam mitiore morbo e quo uir sanus facillime se colligat absumantur. quod exitium si uitant foedos tamen tumores extremamque corporis tabem summo dolore mors tandem sequitur. nullam illic aream esse ferunt quin sepulcris sit obiecta, nullum diem quin exsequiis resonauerit. nec uero medicorum artis inopia sed pharmacopolarum auaritia emori coacti sunt: illi 'qui officinam habemus priuilegio fruimur' inquit. 'non nisi pretio a nobis constituto emenda sunt medicamenta.' etiam si pilulae singulae septenorum dierum mercede emuntur? 'at de rudibus hominibus qui ne horologiis quidem utuntur disceptatur: quid proderint eis medicamenta quorum aliud alia hora est sorbendum?'

hic uir tamen, hominum salutem potius quam diuitum bona intuens pharmacopolarum minas negligit, monopolia nihili facit: quae quo modo uereri possunt qui nondum ad summas opes emergerunt sed in egestate uersati moriuntur? itaque ea quibus opus erat medicamenta uilissimo pretio fabricatus in unum coniunxit quod singulis diebus sumeretur. quid plura? tot hominibus mortem arcuit ut gentium medicamentarius nominetur. sunt etiam qui eum tamquam diuum colant. at ille, summa uir probitate, negat se ullam pestilentiam quae societatem ipsam labefactet in lucro positurum esse.

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregium hunc uirum non minus humanitate quam medicamentaria arte praeditum, Magistrum in Artibus, Doctorem in Philosophia, Regiae Societati Chemiae honoris causa adscriptum, Collegi Christi honoris causa socium adscitum,

YUSUF HAMIED,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Scientiis.

TWIN pestilences are my theme: one a disease which especially ravages the poor, the other avarice which so twists the minds of the rich that they put profit before the lives of those they ought most to help. We may not know exactly where AIDS first arose, but carried in the blood and the body's other fluids it spread through Africa like wild fire across the savannah. It attacks people of every age and station; not even the unborn are safe in their mothers' wombs. It so weakens its victims' resistance that they succumb to even a minor infection from which the healthy might easily recover. Even if they avoid that fate, still a terrible death follows painful lesions and wasting of the body. Every homestead, it is said, was covered with graves, and every day was filled with funerals. Yet it was not some deficiency of medical science which condemned the people of Africa to death, but the greed of the drug manufacturers. 'Those who own the factories should enjoy a monopoly,' they

say. 'You want the medicine, we set the price. Take it or leave it.' But you ask a week's wages for a single dose! 'Anyway,' they reply, 'we're talking about savages who don't even use clocks. These drugs need to be taken at specific times. What good would they do them?'

Our honorand, however, values the health of his fellow men more than the profits of the wealthy. He ignored the threats of the drugs barons and broke their stranglehold; for what developing country can respect monopolies while its people are dying? He produced the AIDS medication at a cost of less than a dollar a day. He combined the drugs into a single pill which can be taken daily. His drugs have saved so many people that his company has been called the world's pharmacy. Indeed, in Africa, it has been said, Cipla is a temple, and Dr Hamied its god. But this most humanitarian of men simply replies, 'I don't want to make money from these diseases which cause the whole fabric of society to crumble.'

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

YUSUF HAMIED, M.A., PH.D., HON. F.R.S.C.,

Honorary Fellow of Christ's College, pharmaceutical chemist and philanthropist, Chair of Cipla Ltd,

that he may receive the title of the degree of Doctor of Science, honoris causa.

NVNC age quae ratio terrai motibus exstet
 percipe: et in primis terram fac ut esse rearis
 concuam et ut silicis flammanti umore repletam.
 multaue telluris sub tergo flumina tecta
 uolueru ui fluctus summersaque saxa putandumst.
 haec super octonas (uel septem) conspice lamnas
 diuersis passim fluitantes motibu' ferri.
 his igitur lamnis subiunctis suppositisque
 terra superne tremit magnis concussa ruinis.¹

quibus rationibus hae laminae mouerentur socio adiuuante hic uir in angustissimo commentariolo uix v paginarum ad praecepta redegit. postea πινακοτεκτονικῆς fundamentis ita artificiose positis ut hodie etiam in ludis haec ars doceatur, haud contentus dum in hac una re nomen nititur quo modo sub summa cute terrae massa lapidis liquefacta continuo calore concita surgeret refrigerataque resideret eadem subtilitate explicauit. idem uidit quo pacto terra distenta tenuataque premeretur dum fieret labrum in quod animalium herbarumque faex subsideret et ad oleum redigeretur. nunc demum ne finibus quidem huius mundi continetur sed ad tua extima regna, alma Venus, atque ad tua, Mauors, tandem animam aduertit.

multa alia praemia ei proposita et nomisma Copleianum, quo quidem nullo ampliore decore Regiae Societatis sodales aliquem possunt honestare, omnia praetermitto. talia enim quamuis aliis sint illecebrae hic uir nihili uel minimi facit. immo hoc maxime sua referre dicit, apud eos auctoritate ualere qui et ipsi in rebus uestigandis uersentur.

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregium hunc uirum inter homines praecipue honoratos adscriptum, Magistrum in Artibus, Doctorem in Philosophia, Regiae Societatis Sodalem, Collegi Regalis socium, earum quae ad terram attinent scientiarum professorem emeritum,

DAN McKENZIE,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Scientiis.

¹ cf. Lucretius, *De rerum natura* 6.535–544.

COME now and hear what law there is to earthquakes. First of all you must realise that the world is hollow and suffused with fiery molten rock. Beneath the surface of the earth you must suppose that rivers of magma flow with great violence. Upon these behold! seven (or eight—it depends how you count) tectonic plates are borne in divers directions, so that when they slide over or under or against one another the earth above trembles with terrible force.

The principles by which the motions of the plates are governed were set out by this man and a colleague. It is a slender paper—barely five pages long—but so clearly did it establish the science of plate tectonics that today there is no school-child to whom it is not taught. Not content to let his name rest on this discovery alone, he cast his gaze beneath the surface of the earth and reduced to mathematical certainty the convection currents by which the liquid magma is moved beneath the crust. He discovered in what way sedimentary basins develop when the earth's crust is stretched and thinned, and how the remains of plants and animals sink down within and turn to oil. Even the boundaries of this world cannot contain him: he has turned his attention to the tectonic history of our planetary neighbours, Mars and Venus.

Many are the prizes and awards he has won, including the Royal Society's most prestigious Copley Medal. But all these your Orator will pass over in silence. For while the winning of awards offers some attraction, the approval of prize committees does not interest our honorand. No, 'What I value,' he says, 'is being taken seriously by people who are actually involved in doing research.'

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

DAN MCKENZIE, C.H., M.A., PH.D., F.R.S.,

Fellow of King's College, Royal Society Professor of Earth Sciences Emeritus, geophysicist,

that he may receive the title of the degree of Doctor of Science, honoris causa.

ECQVID opus est huic uiro oratoris blanditiis, Magistri, qui viii per annos Collegio Sanctae et Indiuiduae Trinitatis praesidebat, quem tam diu apud nos res naturae occultissimas perscrutari uidimus?

cuius uiuida uis animi peruicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi
atque omne immensum peragrauit mente animoque.¹
ille refert nobis qua causa quidque tonarit,
unde omnes quae sunt compactae res oriantur,
corpora turgentis genitalia materialia
stellaeque et turbae stellarum conglomeratae.
ingens hic spatium uasti est permensus inanis,
machina quo rerum patulo curuatur ab arcu.
iam percontatur sibi conscia qua ratione
mens exorta siet, percontatura uicissim
omnia quae uideat naturae daedala signa.

nolite tamen putare hominem grauissimis et reconditis rebus studentem totum in scholae umbraculis desudare. nam in libris lepidis et populo accommodatis scientiae prospectum descripsit, senas naturae rationes enumerauit in quibus uniuersitas rerum dependet, quid ante hunc mundum creatum exstiterit ab extrema antiquitate repetiuit. eum qui caelum siderumque motus obseruat nonnulli Chaldaeorum disciplinam exercere existimant. quamquam neque haruspicinam facit neque augurium agit, se posteritati consulentem haud scire dicit an nondum exacto hoc saeculo genus humanum uel sua manu uel per seditionem uel in calamitate diem exitii ac fati sit obiturum.

¹ Lucretius, *De rerum natura* 1.72–4.

sed ne in homine bene noto multus sim, dicam eum scientiarum adiutorem et quasi propugnatorem: nam qui de rerum natura quaerit, vano depulso terrore illius Graei hominis fit similis

quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum.²

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregium hunc uirum Ordini insigniter Meritorum adscriptum, Magistrum in Artibus, Doctorem in Philosophia, Regiae Societatis Sodalem et praesidem emeritum, Collegi Sanctae et Indiuiduae Trinitatis socium et quondam magistrum, Collegi Regalis, Collegi Iesu, Collegi Darwiniani honoris causa socium adscitum, cosmologiae astrorumque physiologiae professorem emeritum, siderum summum regium obseruatorem,

MARTIN baronem REES de LUDLOW,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Scientiis.

² *ibid.* 1.68–9.

THE man who stands before us needs no introduction. For eight years he was Master of Trinity College, and for many more he has worked among us, casting his triumphant vision across the immensity of the void to ask the Big Questions of the Universe: what was it that went bang at the beginning of time and created the seething mass of matter? How did the stars and galaxies form? How vast is the expanse of space which holds physical reality in its broad sweep? And how, at last, did the conscious mind emerge, able to ponder the mystery of its own existence in the cosmos?

Weighty indeed are the questions he ponders, but you must not think him sequestered in some ivory tower. In books eloquently written for the general reader he has surveyed the horizons of science *From Here to Infinity*; he has enumerated *Just Six Numbers* which shape the cosmos; and he has looked back *Before the Beginning* of our Universe and beyond it to others. 'As an astronomer,' he says, 'I sometimes get mistaken for an astrologer—but I cast no horoscopes and have no crystal ball.' None the less he has looked to the future and wondered whether this might be *Our Final Hour*; and he does not highly rate our chances of avoiding technological disaster, act of terror or natural catastrophe to survive into the twenty-second century.

He is in sum a defender and champion of scientific thought, for although, as he has said, many phenomena still make us fearful, the advance of science spares us from irrational dread, so that we, too, may be like Epicurus,

Whom nor the fame of Gods nor lightning's stroke
Nor threatening thunder of the ominous sky
Abashed.

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

MARTIN, Baron REES of LUDLOW, O.M., M.A., PH.D., F.R.S.,

Astronomer Royal, Fellow and formerly Master of Trinity College, Honorary Fellow of King's College, of Jesus College and of Darwin College, Professor of Cosmology and Astrophysics Emeritus, formerly President of the Royal Society, cosmologist and astrophysicist,

that he may receive the title of the degree of Doctor of Science, honoris causa.

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

IAN McKELLEN, KT., C.H., C.B.E., B.A.,
Honorary Fellow of St Catharine's College, actor,

that he may receive the title of the degree of Doctor of Letters, honoris causa.

QVAE agmen tandem claudit artem musicam similem dicit esse tabulae pictae temporis interuallo coercitae. et sonorum uocibus iam a grauissima ad acutissimam seriatim uolantibus, iam ad imam iterum cadentibus quanta pulchritudine e digitis assiduis huius sollertissimae mulieris profusa aures nostrae implentur! patre legato peregre misso nondum xiii annos nata magistrorum Vindobonensium iram suscitauit quorum priscis praeceptis reiectis sententias suas suumque peracre iudicium adhibere ausa sit. sed tamen cum apud existimatores iudicesque cantandi tum audientibus coram tanta floruit laude ut mox etiam Austriaci eam magnam Amadei sui interpretem atque coniectricem esse confiteri cogerentur. 'quidquid humanae est uitae' inquit 'illius in modis inuenitur.' scholasticorum ineptiis pertaesa Londinium profugit. illic his xxxx fere annis residet, illic in contraria plateae parte iv dissimilibus aeuis habet plectrocymbala. hi sunt familiares, cuiusque notandi sunt mores:

reddere qui uoces iam scit puer et pede certo
 signat humum, gestit paribus colludere primus.
 imberbus iuuenis tandem custode remoto
 gaudet equis alter canibusque et gramine campi.
 firma tertius est aetate animoque uirili
 dulci qui fruitur cantu cupidus meditandi.
 canis respersus, nonnullis partibus intra
 iam permutatis sed eodem corpore, quartus.¹

summa sollertia se ipsam aliosque aestimare et iudicare solet. suam pro se componat musicam monet si quis tamquam diuino spiritu affletur se iactat: quod doctior scripserit interpretari ne audeat. neque ullum adhibet socium nisi decori sibi futurum arbitratur. aditum igitur nostrum eam nil defugituram spero, Magistri; hoc quidem pro certo habeo: nobis magno fore honori eam in societatem nostram receptam.

dignissime domine, Domine Cancellarie, et tota academia, praesento uobis egregiam hanc mulierem, excellentissimi ordinis Imperi Britannici dominam commendatricem, plectrocymbali artificiosissimam pulsatricem,

MITSUKO UCHIDA,

ut honoris causa habeat titulum gradus Doctoris in Musica.

¹ cf. Horace, *Ars poetica* 156 et seqq.

'MUSIC,' says our final guest, 'is like a great painting framed in time.' And what beautiful images fill our ears as soaring chords pour forth from her tireless fingers! When she was twelve years old her father was appointed ambassador to Austria. She incurred the anger of her teachers at the Vienna Academy of Music because she rejected their tired old ideas and dared to use her own judgement in her playing; but soon she achieved such acclaim not just among the commentators and the judges of musical competitions, but among audiences too, that even the Austrians were compelled to hail her as the great interpreter of their own Mozart. 'All of human life,' she says, 'is in his music.'

Tired of Austria's pedantic approach to its musical heritage she moved to London. Here she has made her home for the past forty years. Here, in her studio across the street, she keeps her four beloved Steinways. They are members of her family. Each has his own character, and she knows them all: there is the youngster, 'just getting nappy trained'; then 'the boy from Munich, the one that would drive a sports car'; next the one in his prime, good for practising upon; and finally the Oldie: 'He's now full of new bits,' she says, 'but his body is the same.'

She is a relentless critic of herself and of others. Performers who claim to be inspired should go away and write their own music; they should not dare to interpret what a more talented composer has written. Nor will she play with anyone unless she can say it is a privilege to do so. I hope she will not shun our company; it is certainly an honour for us to welcome her into our circle.

Distinguished Chancellor, members of the University, I present to you

MITSUKO UCHIDA, D.B.E.,
pianist,

that she may receive the title of the degree of Doctor of Music, honoris causa.

J. W. NICHOLLS, *Registrar*

END OF THE OFFICIAL PART OF THE 'REPORTER'